



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm, Consiliariorvm Iudicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm Magistratvum Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum omnium

Tympe, Matthäus

Coloniae Agrippinae, 1617

50 Disciplinam inter ciues obseruare, crebro iudicia forum & visitare, &
aliorum de se iudicia explorare.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52641)

SIGNVM L.

*Disciplinam
inter cines
seruare.*

DISCIPLINAM INTER CIVES
obseruare accuratam, crebro iudicia,
forum, &c. visitare, & aliorum
de se iudicia explorare.

*Vide de
Censoribus.*

*Visores ad
inspiciendas
Prouincias
mittuntur.*

RECTÈ docet S. Gregorius, 26. Moral. c. 33.
decere ita sectari humilitatem, vt dicitur
na, seu, in castigandis alijs debita seueritas
soluatur. Nam vt M. Aurelius Imp. ad Pollionem
scribit: Consuetudo erat & lex inuiolabilis
apud Rom. à Cinnæ tempore, vt Censor à Senatu
designatus loca vniuersa Prouinciæ illius,
ipsi ex omnibus italiæ regionibus sorte ob-
rar, obiret, & inspiceret. Cuius inspectionum
plex erat finis. Primus, vt cognosceret, num-
de iustitiæ administratione quereretur. Sec-
dus, vt exploraret. quis status esset Reip. Ter-
vt singulis annis fidelitatis erga Romanos
mentum exigeret. Rectè ergo Cicero seueram
censoriam magistram pudoris, & modesti-
cat. Cùm exacto post bella Syllana & Marci
biennio Censor annuus Nolam venisset, quod
pidum est Campaniæ, regionem illam pro-
visitaturus, & quoddam æstas esset, regio que ip-
stuosissima, in publicum nemo prodiret, hinc
apud quem ex equo descenderat. (diuertente
mice, inquit, ego sum Censor à Senatu Romano
regionem hanc visitandam missus, itaq; festina-
ito, omnesq; è populo bonos huc ad me vocato
enim nonnulla sacri Senatus nomine illi dicitur
Holpe
erant
venite
Cense
holpi
reus
vos Ce
verbi
iterum
sus ac
quid e
itaque
enim
dicitur
forem
quod d
e cor
Roma
excân
nos vo
pes:
tibi vi
tu reg
mentu
vt int
merce
a. ag
Resp.
dit: Q
cent,
tiens
Iunio
inter
exere
Holpe
imper

Hospes ad sepulchra abit mortuorum, qui illic erant humati, & clara voce: *Heus, inquit, boni viri venite mecum, vocat enim vos Censor Romanus.* Censor neminem venire videns, iterum iubet hospitem illos accersere. Is ad sepulchra denuo reuersus, mortuis ait: *Adeste boni viri: vocat enim vos Censor Romanorum.* In hunc modum, & iisdem verbis tertium quoque fuere vocati. Cum autem iterum ac tertium accersiti non venirent, pertaxatus ac indignatus Censor, inquit hospiti: *Quandoquid em iussu meo boni viri nolunt venire, illuc ibo; itaque mecum progressus mihi illos monstra.* Graue enim meretur animaduersionem, quicumq; Senatus dicto non est audiens. Hospes pauperculus Censorem manu prehensum ad sepulchra ducit, ad qua dudum abierat, & mortuos denuo clara voce compellans: *Ecce, inquit, boni viri adest Censor Romanus vos allocuturus.* Censor indignatus, & excandescens: *Quid agis, inquit, hospes? ego te viuos vocatum misi, tu vero mortuos vocas?* Cui hospes: *si prudens es Censor Romane, haud mirum tibi videbitur quod feci: omnes quippe boni viri huius regionis tam olim sunt mortui, & in his monumentis sepulti: iusto quippe Dei iudicio factum est, vt intra terra sinum quiescant illi, quorum commercio non diuina erat, vt frueretur Resp. &c.*

2. *Agessilas Rex interrogatus, cur Spartanorum Resp. praeteris secundis rebus floureret? respondit: Quoniam plus ceteris in hoc se Spartani exercent, vt pariter & imperare, & parere sciant. Sentiens tunc disciplinae capaces causam esse incolumitatis publicae. Plur. Vt & Agis Rex Lacedaem. interrogatus, quod disciplinae genus potissimum exercitaretur apud Spartanos? respondit, scire imperare, & ferre imperium.*

3. Theo-

Vide de
Ammon.

3. *Theophilus Imp.* singulis hebdomadibus forum equitans, res venales inspiciebat, a pretio interrogabat, neque obiter hoc, aut de tantum re; sed de ijs, quæ esui sunt ac potui vestibus, ac in vniuersum de omnibus, quæ in foro profstabant, mercibus. Quæ si magno venderent, Præfecti culpa, ei vel Magistratum abibat, vel obiurgato quid agendum esset præcebebat. *Cedrenus & Zonaras.*

4. *Aripertus Longobardorum Rex* ignoto habitu per oppida vagabatur, sciscitando & explorando, ecquid de se suisque iudicibus populi crederentur. *Paul. Diac. lib. 6. c. 10. & 12. Bonifac. dec. 1.*

5. *Ludovicus Vngaria & Polonia Rex* plebem minorem quàm nobilitatis curam gessit. Ita nonnunquam dissimulato habitu vicos & vici perlustrauit, vt cognosceret, quid de publicanis & exactoribus, iudicibus ac Magistratibus suis, ac de se denique vulgus hominum assentiret. Si nescium sentiret, multaque ex huiusmodi criminibus in se suisque castigauit. *Cromerius.*
Vide de Tributis.

6. *Fridericus Senior Dux Austria, Imp. Friderici III. patruus,* sæpe mutata veste solus inter greffes versatus est, cum quibus diurna mercede & arans, & alia quæuis munia faciens iuris, de seipso, & de Purpuratis suis confabulari conueuerat. Interrogatus, cur id ageret, Neque respondit, inquit, de me alio modo verum audire possim. *Sl. lib. 3. Comm. in Panor.*

